Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26154
Copyright: Admont, Benediktinerstift

55

subinfertur. Volucres caeli quoque latet. In scriptura enim sacra
volucres aliquando in malo, aliquando vero in bono dantur intel
ligi. Per volucres quippe nonnumquam potestates aeriae desig
nantur, bonorum studiis adversae. Unde veritatis ore dicitur: quod
semen quod secus viam cecidit, venerunt volucres et comederunt
illud. Quia nimirum maligni spiritus humanas animas obsiden
tes dum cogitationes noxias ingerunt verbum vitae a me
moria evellunt. Hinc rursum cuidam diviti superba sapienti
dicitur: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos; filius autem
hominis non habet ubi caput suum reclinet. Vulpes valde
fraudulenta sunt animalia, quae in foveis vel in scrobibus abscon
duntur, cumque apparuerint numquam rectis itineribus sed tortu
osis anfractibus currunt. Volucres vero ut novimus alto vo
latu se in aera sublevant. Nomine ergo vulpium dolosa atque
fraudulenta, nomine autem volucrum haec eadem superba demo
nia designantur. Ac si dicat: Fraudulenta et elata demo
D. M. nia in corde vestro, id est in cogitatione superbiae inveniunt
habitationem suam; filius autem hominis ubi caput suum recli
net non habet, id est humilitas mea requiem in superba mente vestra
non invenit. Quasi in quodam volatu volucris illa prima se ex
tulit, quae per elatam cogitationem dixit: In caelum conscendam, super
astra caeli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testa
menti, in lateribus [illegible] aquilo[illegible]nis. Ascendam super alti
tudinem nubium. [illegible] ero similis altissimo.
Ecce quam alta su[illegible] per superbe videlicet volando petiit, quem
etiam volatum et pri[illegible]mis [illegible] cum hominibus persuasit.
Ipsi quoque volando quasi super se ire conati sunt, quando eis dic
tum est: ut gustarent et essent sicut dii. Cumque similitudinem
divinitatis appetunt, inmortalitatis munera perdi
derunt, qui intra moriendo non issent, si supra humiliter